



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,  
Nunquam Edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1601**

In Epistol. XXII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

eiusdem piæ matris filius Alcuinus. *Et in hac ipsa epistola 22.* Vos fragiles infantia meæ annos materno fouistis affectu, & lascium pueritiæ tempus, pia sustinistis patientia, & paternæ castigationis disciplinis ad perfectam viri edoculistis ætatem, & sacrarum eruditione disciplinarum roborastis. *Et paulo post:* Cuius infantiam aluistis.

fol. 48. v. 21.

Eius senectutem sepeliatis) *Oprauit quidem in Eboracensi monasterio consensescere & sepeliri: sed ubi obierit, habet VVilhelm. Malmesburiensis lib. 1. Reg. Angl. cap. 3.* Iacet in Francia apud S. Paulum de Cormarico: quod cœnobium Carolus Magnus eius consilio construxit: vnde hodieq; quatuor monachorum victus & potus pro eiusdem Alcuini anima quotidiana infertur eleemosynæ in eadem Ecclesia.

25. Puer noster Seneca) *Visionem tangit aliquam, opinor, patri cuiusdam, cui Seneca nomen fuerit, in cœnobio Eboracensi.*

## IN EPISTOL. XXII.

fol. 50.

S. Leodegarij seruientibus) *Videtur hæc Epistola scripta ad Augustodunenses: fuit enim S. Leodegarius Augustodunensis Episcopus.*

fol. 50. v. 8.

Frater, ille, attulit) *Pro incerto nomine olim, ille, scribatur, ut nunc fere litera, N. ut patet ex epistola. 16. & 28.*

19. Potatur calice) *Alludit ad illum morem, quo nomine & amore Sanctorum, benedictionis adipiscendæ ergo bibebant. De quo more auctor lib. de miraculis S. Vdalrici cap. 10. editus à nobilissimo & eruditissimo viro M. Velfero. In auxilium eius S. Vdalrici firmiter vbiq; confidens, in recreatione sua pro amore eius frequenter bibebat, & alios bibere postulare consuevit. Lege ibid. cap. 11. 12. 13. Priscus hic mos & probus, quamdiu intra temperantia limites. Nam Sanctorum appellatio, reuerentiam & imitationis studium iniecit. At & hic mos ab improbis aliò ductus, quem prauo abusu & abriusorum licentia in deterius lapsum reprehendit S. Augustinus de Temp*

Temp. serm. 232. Illud verò quale est, quod transacto conuiuio, expleta siti, cum amplius bibere non possint nec debeant, tunc quasi nouelli, quasi & qui ipsa hora superuenerint, diuersis nominibus incipiunt bibere, non solum viuorum hominum, sed & Angelorum & reliquorum antiquorum Sanctorum: æstimantes, quod maximum illis honorem impendant, si se in illorù nominibus nimia ebrietate sepebant: ignorantes, quod nullus tam grauem iniuriam sanctis Angelis vel sanctis hominibus agnoscitur irrogare, quàm illi, qui in eorum nominibus bibendo per ebrietatem suas animas probantur occidere. Vide Gregor. Turonens. bis. Franc. lib. 5. cap. 21. & infra Alcuini epis. 48.

## IN EPISTOL. XXIII.

Sanctissimis in Christo fratribus) *Quinam hi fratres? Neg. fol. 32. enim in m. s. quidquã additur. VVioreses fuisse, scimus ex VVilhelmo Malmesburienfi. qui lib. 1. de gestis Regum Angl. cap. 3. Hæc de Alcuino: Non immemor compatriotarum, &c. illos crebris epistolis ad bonum incitare. Dictorum eius hæc pleraq; intexam, quibus palam fiat, quàm cito post obitum Bedæ, in eius etiã Ecclesia, studium librorum emarcuerit, & post obitum Egberti regnum Northanimbriorum propter morum peruicaciam malorum pestum icrit. Ait ergo ad VVioreses, apud quos Beda vixerat & obierat, ex obliquo arguens fecisse, quod ne faciant, rogat: Adsuascant pueri astrelaudibus superni Regis, non vulpium fodere cauernas, non leporum fugaces sequi cursus. Discant nunc scripturas sacras, vt ætate perfecta alios docere possint. Recogitate nobilissimum nostri temporis magistrum Bedam &c. Quem locum ideo tam copiose adduxi: quia ex illo in hac epist. restituere licet, que in m. s. desiderantur. VVioreses fratres cenobita fuerunt in monasteriis duobus. S. Petri & Pauli ad VViram seu VViremudam. De*  
*Nnnn quibus*